

pregio che scompa-
risce in un coll'e-
semplare.

Consenta dunque
Coluccio che con-
tinui a far quanto
ha fatto sin qui.

Conchiude la sua
modesta difesa,

pregandolo di se-
gnalargli altri er-
rori, se ne ha forse
scoperti,

e di scusare la fran-
chezza con cui ha
risposto, come tra
amici si conviene.
Infine, lo ringrazia
del buon ricordo e
d'aver accettato il
piccolo dono.

cartis peritura? nemo enim nunc aut Ciceronem aut Virgilium
aut ullum^(a) prorsus antiquorum de orthographia vel laudat vel
reprehendit. iudicium enim illud cum primis tabulis sepultum est,
verum acute inveniendi et ornate explicandi laus eorum perpetua
manet. itaque da michi, obsecro, muneris huius vacationem, nec
me iube frumentum^(b) hoc, ut tu appellas, tam exquisite mundare^(c).
neque enim usque adeo candidum ex similagine^(d) panem confi-
cere studeo, ut nichil in eo furfuris relictum velim.

Habes de his rebus responsionem meam, qua, etsi non con-
tentiose forsitan aut cupide iurganti^(d), modeste tamen et^(e) ad
veritatem castiganti^(f) satisfactum arbitror. si quid est preterea
quod emendandum putes, nichil est ut detinear^(g) id ad me scri-
bere. ego enim te malo ut errores meos arguas, quam quivis^(h)
alius, vel si quid a me bene dictum est, laudibus commendet⁽ⁱ⁾.

Vale, et hanc meam loquendi libertatem ne moleste feras. 15
aperta^(k) enim inter^(l) amicos castigatio liberam responsionem
exigit. postremo esse me tibi in memoria^(m) et certissimum habeo
et gratissimum. quod⁽ⁿ⁾ munuscula mea admiseris, magni michi
muneris loco est. iterum vale. tuus P. P. Vergerius^(o).

(a) *MMur. om.* aut ullum (b) *M* frementum (c) *M* siligine (d) *M* iurgavi
(e) *MMur. om.* et (f) *MMur. om.* castiganti (g) *MC* deterrearis (h) *CTMur.*
quis (i) *Mur. om.* a me *Novati* alius, vel, si quid - sit, laudibus commendes (k) *MC*
Mur. apta (l) *M* in (m) *Mur.* in memoriam (n) *M* quique (o) *In MC Mur.*
manca la sottoscrizione.

(1) Il *NOVATI* nota che «o per di- «scambiato fermentum [la parola
«strazione o per burla il Vergerio ha usata dal *Salutati*] con frumentum».